1419 ~~1387~~

Suspensionibus fatalibus Iuris praetextu Terrestri bellico Convocationeque ac alijs quibusvis Iuris medijs et defensis non evadendo neci modo quovis subterfugiendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante

# Lowieccy Coniuges mutuam sibi advitalitatem inscribunt

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemislien. Generosi Valentinus a Woyciechow Lowiecki olim Generosi Stanislai de eadem Woyciechow Lowiecki Filius ab Una et Generosa Anna Branska olim Generosi Lechi Branski Filia primario olim Stephani Rusiecki ad praesens Vero Secundario Nuptiarum praefati Generosi Lowiecki Consors Legitima ab altera parte Sani Mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus quibusvis propriis et Competentibus Praesenti autem Castrensi Capitaneali Praemislien. se in Actionibus suis ac bonis generaliter omnibus quoad acta Sunt attinet totaliter pleneque incorporando et Subijciendo palam publice libere ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit – Quia ipsi sibi mutuo et invicem Una pars alteri omnium generaliter bonorum suorum hereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum necnon auri argenti clenodiorum Monilium Stanni Cupri aeris vestium Vestimentorum pecorum pecudum equicij totiusque supellectilis domici nunc habitis et in post habendis mutuam advitalitatem et Ususfructum ad extrema duntaxat Vitae suae tempora inscripserunt et concesserunt prout praesentibus inscribunt et Concedunt. Tali Vero modo Quod si prius praenominatum Generosum Lowiecki Maritum quam Consortem ipsius de hac luce decedere Contigerit ex tunc praenominata Consors bona generaliter omnia ac res supradictas omnes praenominati Mariti derelinquendas Cum omni Iure Dominio ac Competentia et praerogativa quavis omnibusque et singulis utilitatibus et emolumentis tenebit habebit

1420

et possidebit illisq quiete et pacifice quousq vixerit vti fruetur. Post mortem vero eiusd Consortis bona praefata praemissa omnia praenotati Mariti propria ad Successores eiusd sine gravamis Contradictione Successorum memorati Consortis pleno iure devolventur

... Consorte ... praemissa

Annae Branska Consortem quam non ... Lowrechi ... ta ... non evenerit ex tunc praefatus Maritus bona generaliter omnia ac praemissa eadem recensita praefatae Consortis morte derelinquenda cum totali plenariaq vsufructu eorund tenebit habebit et possidebit ad extrema vitae sua tempora post mortem vero eiusd Mariti praemissa bona praefatae Consortis propria ad Successores eiusd Consortis sine gravamis Contradictione Successorum Mariti totaliter et plenarie redire debebunt et tenebuntur hac praesenti inscriptione ad praemissa omnia Mediante

# Iaworski Krusʒelnic.
# kim Coniugibus cedit

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Nobilis Procopius Jaworski Sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo praesenti autem Castren. Capitan. Praemislien. se ... Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quoad actum hunc attinet totaliter et plenarie subijciendo et incorporando palam publice libere ac per expressum recognouit. Quia ipse de omni et integro iure suo minimum de Summa Centum floren. Polon. sibi recognoscenti per Nobilem Borys Kruszelnicki Zemenicz Coram Actis Castren. Capitan. Sanocensibus ad soluendum inscripta atq in bonis propriis et haereditariis videlicet Labonsso ... Belmis

Subditis